



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Eiusdem casus. Regvla. III. Materies ex qua raro sine præpositura Ponitur,
ut fuluo nummos cudit faber auro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

ſapientia petri &c. ſum talis, non tñ deo, aut petro ſum qđ ſum &c.
pro per petrũ per deũ &c. Materia in qua regit̃ per ſynecdochen, ut
fortis pectore & armis, præſtans animo, ſeuerus iudicio, in his duobus
melius dicitur eſſe materia circa quã, ut fortis armis, hæc mate-
ria patet in regimine genitiui.

Eiuſdem caſus, REGVLA. III.

Materies ex qua raro ſine præpoſitura

Ponitur, ut fuluo nummos cudit faber auro.

Materia ex qua aliquid fit, in ablatiuo exprimit̃ ſẽpius cũ præpoſitio-
ne de, e, uel ex, ut faber facit ex auro calicẽ, hõ factus eſt de limo ter-
rę, poetę præpoſitionẽ frequẽter omittunt. Virg. ſectaq; intexũt abiete
coſtas. Idem. Viminibus molliq; paras detexere iunco.

REGVLA. IIII.

Materies circa quam proprietates habet eſſe

In ſexto regitur, velut eſt, vir ſanguine clarus

Lacteq; diſtentus, quibus addes plurima quę ſunt

Turgidus, inflatus, tumidus, duplex, grauis, amplus,

Fœcundus, fœtus, formoſus, pulcher, onuſtus,

Dignus, honoratus, præſtans, generoſus, honeſtus,

Nudus & immunis, puruſq; & mundus & orbus

Tutus & ornatus, fœlix & præditus, auctus,

Adiectiua dabis ſic plura, quibus uolo iungi

Imbuo, fraudo, beo, dono, afficio, colo, ſterno,

Augeo, conficior, cum libero, cętera dictu

Longa nimis proſa melius q̃ carmine prodam.

Materia circa quã proprietates uerſat̃ in ablatiuo regit̃ ab adiectiuis, ut
clarus genere, ſanguine, opibus, doctrina, artibus, diſtẽtas lacte capel-
las. Turgidus &c. hi quinque uerſus Badiani ſunt Turgidus uẽto, In-
flatus ſpiritus. Tumidus aere, duplex auro, gẽmiſq; grauis ære, am-
plus honoribus fœcundus prole, fœtus armis, Formoſus paribus no-
dis atq; ere, pulcher frenis, quã locutionẽ Seruius honeſtã dicit. Spo-
lijs oriẽtis honuſtus, dignus & indignus patuerũt, honoratus digni-
tatibus, præſtãs uirtute, generoſus parẽtibus, honeſtũ uita, Immunis
crimine, de hoc añ diximus, Purus macula. Hora. Scelerisq; purus
cum gr̃o dixit, mundus uita, orbis liberis, nudus uestibus, ſic cętera
adiectiua carentię, captus oculis. i. cęcus, auribus captus. i. ſurdus, ca-